

Aduertencias para

talí absoluutione absoluatur, & sibi detur Eucharistia, si sine periculo vomitus vel aliquius irauerentie potest sibi dari & etiam extrema detur sibi vncio. Hęc Doctor Ioānes de Medina & frater Antonius de Corduba. ¶ 3. dictum. Si dicatur quod p̄t̄it confiteri ante quam perderet loquelandi vel usum rationis qualiscunq; ille sit, siue notorius peccator, siue non, absoluatur sacramentaliter & sibi detur Eucharistia. Ad hoc autem probadum sufficit unus testis qualiscunq; conditionis auctoratus sit ille testis, quia tunc de nullius tertij praejudicio agitur, sed de fauore animæ. Gloria in cap. Is qui. 26. q. 6. & Silvester, confessor. 3. §. 13, & Eucharistia. 3. §. 5. Vncio extrema. §. 5. ¶ 4. dictum Si huiusmodi infirmus ante infirmitatem fuit bona vita, & non viuebat in peccato mortali notorio, licet neq; ante infirmitatem neq; post verbis vel signis petierit confiteri, prasumitur priuilegio bonæ vitæ vel non habere in se peccatum mortale & esse de numero illorum de quibus dicitur Scotus in. 4. d. 17. qd multi sunt in Ecclesia qui per annum & per maius tempus non peccant mortaliter, talis infirmus absolvatur sacramentaliter. sm. ista. 1. opinione. s.

Anto